



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 16. Renatus Benedictus sese Facultatis iudicio subicere paratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

sæcul XVI.

A.C. 1574.

Pontificem deferretur, isque rogaretur, quatenus hanc Bibliorum versionem examinari, condemnari, ac supprimi juberet, curaretque, ut illorum Bibliorum suppressio in Gallia apud Christianissimum Regem per ejus Nuntium Apostolicum obtineatur ad tollenda omnia scandala, & dissidia, quæ inde enascuntur: insuper iidem statuebant exorare eundem summum Pontificem, ut dignetur superbiam, & novandi studium in Magistro Benedicto comprimere, ipsumque compellere, ut suorum Fratrum doctrinæ, & opinionibus consentire vellet.

§. XVI.

*Renatus Benedictus sese Facultatis
judicio subicere paratus.*

*Argentre
p. 428.*

Itaque Renatus Benedictus hanc Facultatis sententiam edoctus die decima sexta Septembris hoc anno Facultati libellum supplicem porrigebat, in quo Doctores, ut ipsimet hanc causam decidere vellent, supplex rogabat, simul declarans, quod sese Facultatis judicio subicere, cunctaque gratiosa monita sibi danda tanquam filius humilis, atque obediens, qualis semper fuerit, recipere paratus existeret, adeo, ut id, quod iidem in ejus versione dignum reprehensione deprehenderint, ipse quoque

Sæcul. XVI.
A.C. 1574.

que omnino ex integro damnare velit, si ipse adnotationes in locis censuratis recipere nollent, aut alios exinde offendi præviderent: insuper illos monebat, quod Parisiensis Episcopus hanc causam absque ipsius auctoritate finire noluerit, prout a sacrosanctæ Tridentinæ Synodi Deputatis fuit statutum, „cujus decisioni, inquiebat ipse, „innixus hanc Bibliorum versionem aggressus sum, hinc nec aliter a vobis „hanc rem decidendam spero, quia nil „ardentius desideratis, quam Religionis „Catholicæ bonum, atque augmentum, „ideo vestram, meamque tranquillitatem procurare studetis.„ His expositis ad finem sui libelli rursus declarabat, quod sese omnibus hucusque gestis submittere, cunctaque exequi paratus esset, prout id facere jamjam inchoasset, eoquod versionem suam altero prælo subicere noluerit, quamprimum eandem a Facultate rejici comperisset. Postea Renatus unacum duobus Notariis ad Sorbonam contendit, istisque suum libellum tradidit, ut illam prælegerent, ac denuntiarent: quo facto Benedictus discessit, recitato autem libello supplici præsentibus Doctoribus una congregatis Mathurinus Renaldus Sacerdos præfato Benedicto tanquam Procurator adjuungebatur, finitaque lectione

retur,
onem
primi
iblio-
ristia-
tium
da o-
inde
bant
cem,
flu-
ime-
rum
con-

tatis

Fa-
eci-
cul-
in
am
nul-
cio
ita
at-
re-
id,
re-
no-
ue

Sæcul. XVI. ctione Facultas libellum recipiebat, af-
A.C.1574. firmans, se ad illum responsuram.

§. XVII.

Facultatis responsum ad hunc libellum.

Argente t. Facultas responsum dare haud diu
 2. p. 429. cunctabatur, hæc exponens: „sum-
 „mo dolore affecti sumus, eoquod Re-
 „natus Benedictus non illico sese sub-
 „miserit; si enim promptam exhibuisset
 „obedientiam, nunquam a Facultatis
 „gremio fuisset exclusus: si vero ejus
 „versio non fuisset divulgata, non mo-
 „do Franciæ Regno, sed & universo
 „Christiano orbi tam ingenti offensionis
 „non fuisset: verum is Facultatem con-
 „temnere aggressus est, ac plures sat
 „moderatas, & charitate plenas horta-
 „tiones, quibus suam versionem utpote
 „hæreticam, atque erroneam suppri-
 „mere admonitus fuit, vilipendere, imo
 „& alteram editionem adornare, atque
 „contra præfatam facultatem apolo-
 „giam divulgare præsumpsit, ac insu-
 „per adeo non Tridentinæ Synodi de-
 „cisioni, uti tamen in suo libello asse-
 „ruit, se submitit, ut etiam recta sese
 „eidem opponeret, præcipue vero in
 „suo libello supplici sat aperte demon-
 „straret, quod inter Parisiensem Episco-
 „copum, & Facultatem discordiarum
 „Zizania disseminare moliatur, prout
 „non